

Item xiiij. Ecce ego cibabo eos abstin-  
thio et potabo eos felle. De quarto  
de aug. Ibi non erit ante mortem. vel  
post mortem. sed semper in morte. Rogate  
ergo dominum. ut sic secundum doctrinam sancti spi-  
ritus per arctam viam incedamus. ut deum  
in fine cum omni exultatione in patria videamus.

Item sermo de eodem.

**P**atris spiritus sanctus quem mittit pater in nomine meo ille docebit vos omnia et suggeret vobis omnia quaequam dixerit vobis. Diximus super in alio sermone. quod dominus monet nos. ut per arctam viam incedamus. ut per angustam portam intrare aeternam vitam. ut domum nostram super petram construamus. Et haec tria docet nos exequi spiritus sanctus. Dicitur enim super de arcta via. per quam ire debemus. Nunc de ingressu anguste portae et constructione domus prosequamur. Monet igitur nos dominus. ut per angustam portam intrare aeternam vitam. Non luc. xiiij. Concedite iretate per angustam portam. quia dico vobis. multi querunt intrare. et non poterunt. Et sic. non tunc me concedite. quia tunc iudicij reprobis tolletur locus penitentiae. qui nunc aperit vobis. pie pulsantibus. Et non quod angusta sit porta caeli. prope quamque. Nullus enim intrabit sine omnis rei ablata plena restitutione. sine rancoris et odij renuntiatione. sine resimentione de centi emundatione. sine capitis inclinatione. sine signi dei viui representatione. Nullus itaque intrabit portam caelestem. nisi rem iniustam plene restituerit. Non dicitur per. Haec porta domini iusti intrabunt in eam. Iustus autem est. qui restituit vnicuique quod suum est. Hinc etiam dominus in luc. xvij. Facilius est camelum per foramen acus transire. quam diu-

tem intrare in regnum. Haec verba intellige de tali diuite qui diues factus est per res iniuste conquisitas. vel etiam de illo qui res bene acquisite nimis auare detinet. nec pauperibus misereatur. Item aug. ad macedoniu. si res aliena cum reddi possit. non reddit. non agit prima. sed fingit. si autem veraciter agitur. non remittet partem quam restituitur ablatam. Item nullus intrabit nisi rancori et odio renuntiauerit. Non in can. j. ij. Nos scimus quoniam translati sumus a morte ad vitam. quoniam diligimus fratres. qui non diligit manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum homicida est. et scitis. quia omnis homicida non habet eternam vitam in seipso manentem. Igitur qui odit et inuidet proximo suo. non potest intrare illum. ubi regnat vita eterna. et ubi caritas possidet participatum. Non boetius in secundo libro consolacionum. O felix hominum genus. si vros amicos. amor quo caeli regit regat. Item nullus intrabit nisi resimentionem suam emundauerit. Non apo. vij. Cum vidisset iohannes turbam magnam armatam stolis albis stantem ante thronum dei. dicitur enim. Hi sunt qui venerunt ex tribulatione magna. et lauerunt stolas suas. et dealbauerunt eas in sanguine agni. Item apo. rrv. Beati qui lauant stolas suas. ut sit particeps eorum in ligno vite. et per portam intrent civitatem. Debet igitur in laua choro vere penitentia stola carnis sue emundare. qui vult in regnum christi intrare. Item nullus intrabit nisi caput suum inclinauerit. Non super illud ioh. r. Amen amen dico vobis. qui non intrat per ostium in ovile ovium. sed descendit alitudo. fur est et latro.